

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Serenissime Rex

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<2r>

[<f.1r>-] [Serenissimo Domino Francisco IV. Algarbiae [Alharbiae ante corr.] [2 supra lin.] Portugalliae [1 supra lin.] Regi Potentissimo add. m.rec.]

[<. >9 Maggio 1641 in marg.] Serenissime Rex

Cum superioribus annis honestissimo Sacri Collegij Secretariatus munere fungerer, nihil antiquius habui quam ut subseciuis horis quibus animum a grauioribus curis relaxare fas est [[inter]] Musicam facultatem inter Barbarorum uastationes ac ruinas cum alijs praeclaris artibus aliquot abhinc seculis miserrime deformatam ac pene extinctam; nec dum certe cultissima hac aetate pristino nitori restitutam, pro uirili excolerem; atque auxilio potissimum Graecorum atque ineditorum codicum, quos curiose persequiue ac diligenter lectitauit, non illustrarem modo, uerum etiam locupletarem. Quo consilio primum non pauca ueterum rei musicae scriptorum loca perobscura sane ac difficilia interpretatus sum, compluraque uocabula e Graeco Latinoque fonte deducta, quibus [[signo]] expressius ac purius huius Disciplinae notiones effari possumus excogitauit: deinde quod praecipuum est antiquas illas Harmonias Doriam, Phrygiam, aliasque tantopere decantatas atque ab hodiernis quibusque doctoribus musicis Salina, Zarlino Gallileio studiosius aliquanto quam felicius conquisitas [<f.1v>-] e crassissimis uetustatis tenebris erutus in usum ac praxim fauentibus Superis reuocauit. Nam partim nou<is> Instrumentis musicis ad eam rem idoneis a me inuent<is> ac fabricatis, partim nouis Semaographiae seu T<a>bulaturae speciebus assumptis, id consecutus uideor <ut> magna quaedam ac inaudita tot saeculis in omni cantionum genere uarietas nullo negotio ab ijs qui s<e>cretioribus hisce Musarum sacris uel modice init<ia>ti fuerint edatur. Siquidem supersunt iam hic Rom<ae> ac Florentiae qui per omnes illas Harmoniarum [[sp<e>cies et h<....> expedite componere, et commode p<ul>sare et suauiter canere atque apte]] species <..> c<an>tica eleganter, [[eaeque apte]] componere eaeque ap<te> perscribere, et suauiter canere atque expedite [[<..>]] pulsare possint: quam disciplinam nobiles aliqui uiri (quibus praecipue meos hosce labores dicaui) c<u>pidissime amplexati sunt. praeter caeteros uero V<ir> non minus auita nobilitate quam proprijs dotibus <il>lustris ac longiquis in Orientem peregrinationibus clarus Petrus de Valle patricius Romanus et Lusita<ni> nominis perquam studiosus: cuius luculentus huiusc<emo>di cantionum liber, propediem [[in lucem]] proditurus [proditrus ante corr.] e<st> in lucem. Huius ex humanissimo hospitio cum eode<m> fere tempore discedant Vir nobilissimus Maurus Correa de Silua in Lusitaniam, ego in Et<ru>riam, ausus sum, quamquam eram tenuitatis meae <con>sci<us> [<f.2r>-] eius interuentu fretus Maiestatem tuam suppliciter adire eique deuotissimam atque obsequentissimam uoluntatem [[<offerre>]] reuerenter offerre una cum adiuncto munusculo, duorum meorum opusculorum ad hanc disci<p>linam pertinentium: quae ob renouatae antiquitatis <g>ratiam non iniucunda prorsus futura speraui Regi <s>upra omnem memoriam felicissimo ac Rei musicae studiosissimo. Quod si eueniet, maiorem hinc fortasse sumam audaciam alia [[q<....>]] quaedam maximi usus ac nouitatis quae iam dudum molior sub tutela Augustissimi [tui corr. in marg.] <n>ominis [[tui]] in publicam exponendi lucem : quo testatum apud posteros sit, reflorescente feliciter Lusitanorum imperio, ueterem pariter rei Musicae gloriam non obscuro praesagio mansurae apud eos publicae tranquillitatis, quae Musarum alitrix iure pariter refloruisse. Interea exiguum hoc tributum quaecumque est Maiestatem tuam supplex oro ut dignetur aspicere: memor uidelicet Deum quoque ter maximum cuius uos Reges imagines estis, infimorum etiam oblatiunculas ut tura cereas caeteraque eiusmodi si animo sincero atque humili offerantur non aspernari. Qui Maiestatem Tuam, cuius incolumitate publica potentissimi Regni salus innitatur perpetuo fouere ac tueri uelit. Romae Anno Salutis MDCXLII XIV Kalendas Iunias <S>erenissimae Maiestatis Tuae